

violenter. Cumque super hiis fuissent inter eos hinc inde mutue questiones, tandem honestis viris mediantibus talis inter eos compositio intercessit, quod idem Euerherus restituit universa, que monasterium pecierat ab eodem, renuncians cum heredibus suis, filiis Euerhero et Ekehardo et nepotibus suis filiis Mechtfridi, omni actioni, quam propo-
 5 suerat contra eos, sive super aggere, quem monasterium fecerat tuendorum agrorum suorum causa, sive super aque meatu, quem obstruxerant, sive super^{c)} molendino, sive super duobus mansis et dimidio, quos sibi cum Mechtfridi filiis vendicabat, qui simul cum ipso petitioni sue cesserunt. Facta vero tali compositio inter eos Euerherus sepius memoratus renunciavit denuo in presentia nostra omni iuri et actioni, si qua sibi super
 10 omnibus predictis competebat seu competere videbatur, dans monasterio liberam potestatem reficiendi aggerem predictum, quando necessitas postulabit, et faciendi cetera, que ad utilitatem suorum pertinent prediorum. Dominus quoque abbas promisit eidem obtinere fraternitatem plenariam ordinis Cysterciensis in capitulo generali, tam ipsi quam uxori sue et filiis et nepotibus suis iam dictis filiis Mechtfridi, et super eadem fraternitate
 15 testimonium litterarum Cysterciensis abbatis. Ne autem super hiis de cetero aliqua dubietas oriatur, ad petitionem utriusque partis presentem super hac re paginam conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari subnotatis ydoneis testibus, quorum ista sunt nomina: Hartmannus^{d)} abbas. Maroldus cellerarius Vallis sancti Georgii. Baldewinus cellerarius^{e)} Portensis. Iohannes grangiarius. Comes Albertus de Clettenberc. Albero
 20 de Vipeche. Theodericus de Vipeche. Heinricus Scalun. Albertus de Ebeleiben. Burchardus de Bruchtirde. Heinricus de Cranisburne^{f)}. Cunradus Vnrowe^{g)} et alii quam plures. Acta sunt hec anno gratie M. CC. XXIIII., feria VI. post epyphaniam domini proxima^{h)} in Mitilhusen in placito provinciali.

483.

25 *Papst Gregor IX. bestätigt eine zwischen dem Erzbischof von Mainz und dem jüngeren Landgrafen Konrad von Thüringen in Betreff der Burg Heiligenberg durch den Meister Konrad von Marburg vermittelte Sühne, nachdem in dem vorausgegangenen Streit der Landgraf Fritzlar erobert und übel behandelt hatte.*
 Anagni, 1233 Febr. 4.

Hdschr.: Reg. No. 16 fol. 86 No. 286. Vatikan. Archiv.

30 *Gedr.: Germ. Epp. Pont. 1,407. Potthast 9084. Böhmer-Ficker 6939.*

. . archiepiscopo Maguntino. Ea que iudicio vel concordia etc. usque: communiri. Presentate siquidem nobis tue fraternitatis littere continebant, quod cum dudum inter te ac nobilem virum Conradum langravium Thuringie iuniorem super castro de Hilebere, villis, possessionibus et rebus aliis gravis discordia instigante humani generis inimico
 35 suborta fuisset, ita quod dictus langravius et sui in castrum F[r]islariense, quod ecclesie Maguntine specialis iuris existit, hostiliter irruentes, illud incendio devastassent et alia

482. c) "super" sive Dipl. d) Hartmannus T. e) cellarius T. f) Cranichborne T. g) Vnruhe T. h) proxima post Epiphaniam domini T.